qd̄ est veruz vsqz ad causē cōclusionēz. post vō nō. nisi ex
causa. vt i. c. cum dilectus. extra de fide instrū. z quod
no. i. c. cum Jobānes eodē ti. z no. in. ca. quoniam cōtra

falsam in glo. p̄tra. extra de proba. z vide quod no. i
c. j. extra de cōf. lib. vj. Quero. hic i p̄ri. dicitur con
cluserūt. z glo. s̄ponit id est renūciauerūt productio
ni testium. z infra sequit. cōcludēte id est renūciāte an
p̄prie loquēdo sit differētia inter renūciatōez z cōclusio
nem. dic vt per Inno. i. c. pastoralis. extra de causa et
pos. z p̄p̄ri. super verbo renūciātis. z super verbo cō
clusum. illo mō accipit glo. i causa cōclusū esse ita qz i
strumēta nō possint produci i dicto. c. cum dilectus sup̄
verbo cōclusum. z qz sit differētia inter renūciatōem et
cōclusionēz. patet i dicto. c. qm̄ cōtra falsaz. vbi dicit re
nūciatōes z cōclusiōes zc. Et circa hoc vid̄ qd̄ no. spec.
in ti. de renūciat. z cōclu. S. nō. Quid quod no. i. ti. de te
sti. S. si. ver. z no. Quia i tertū dicit qz quarta produ
ctio testium permittit̄ i causa principali. quero quomō
plex productio permittatur circa testium reprobatōez.
Glide hoc i. c. licet dilectus extra eo. p̄ro declaratōe te
rtus qui dicit s̄ p̄ter quod nō valuit primit⁹ vt renū
ciatis zc. vide Inno. i. c. vlt̄a terciā extra eo. super
verbo negavit. Ultimo i hoc. S. nota duas glosas. p̄
ma glo. super verbo sepe que ponit significatiōz huius
dictiōis sepe. que accipitur bis vel ter. de dic. sepius ha
bet i. l. veluti. ff. de edē. de dictiōe frequēter habuistis su
pra de defē. cini. S. si. z ibi dicit. Secundo nota glo. sup̄
verbo aduocatorum que dicit. qz aduocati debēt interes
se disputatōibz z publicatōibz testium. qd̄ probat glo.
per h̄ic. S. z p. l. si postulauerit. S. q̄stio. ff. d. adul. z sic
nota. intellect⁹ dicti. S. questio. qz qz aduocati debēt in
teresse q̄stio. debet intelligi. i. examinatiō an qz debeat
torqueri vel nō. ita videtur intelligere ista glo. illum
textum quod tene menti.

Et quoniam Iudex p̄ cōmittere testū exami
natos iudici illi⁹ terze vbi sūt te
stes. siue lis moueat i vbe z testes sint i p̄tina siue ecō
tra. siue lis moueat i p̄mā z testes sint i alia p̄tina
z iudex cui testū examinatō cōmittit̄. dicta testū clau
sa z illi⁹ munimē robozata. mittere debz bis obtinētibz
i causis civilibz. i criminalibz aut cogēdi sūt testes corāz
iudice veire. z si res exegerit tormētis subiect̄. h. d. v. s̄
qz ad. S. si vō dicat. Et h̄ ser partes. Primo recitat̄ ius
antiquū. Secūdo ponit cuiusdā dubij excogitatio z ip̄i
us remotio. Tercio ponit p̄cedētium ampliatio. Quar
to ponit p̄cedētium repilogatio. Quito ponit cuiusdā
questiois decisio. Sexto ponit p̄cedētium restrictio. vt
habeat locū i causis pecuniarijs. nō aut i criminalibz. se
cūda ibi i ver. mult. terciā. i ver. s̄cimus. quarta i ver.
illie. qnta i ver. testimōijs. sexta i ver. bec omnia. Nō.
qz i causa civili potest fieri cōmissio examinatōis testū
sed i criminali nō. vt hic z. L. de fide instrū. autē. apud
eloquentissimum hic sumpta. z nota i. S. illud. s. de defē.
cui. z i. l. iij. S. item diuus. ff. eo. z extra de testi. co. c. i. d.
fi. instrū. c. cōsti. de iudi. c. at si clerici i. iij. glo. s. i. q.
tr. c. testes. z est ratio quare in criminali causa nō possūt
fieri cōmissiones testium vt coll̄ i ver. in criminalibus
zc. quia vbi maius periculum ibi cautius agendum.
vt. l. j. S. sed et si qz. ff. de car. edic. Secūdo nota. qz iu
dex qui examinat testes debet dicta testium remittere p̄
p̄rio sigillo sigillata. z est ratio. quia si aperta venirēt n̄
posset amplius fieri probatio per testes. vt hic in ver.
testimonijs. z glo. s̄ponit hic super verbo editionem
quaz declara vt dicit. supra p̄ri. S. z sic habes hic ter.
qz quādo sit commissio examinatōis testium. publicatō
testium nō debet fieri a iudice qui eos examinat. sed a
iudice qui examinationem cōmittit vt hic. z glo. nota.
hic super verbo nō edit. i fi. z in. d. autē. apud eloquent̄
simum. ad quod optime facit. c. cōstitutum in fi. extra
de fide instrū. vbi est causus. Tercio nota qz i causis
criminalibus testes ex causa torquētur vt dicta autē.
apud concor. sunt in glo. super verbo forsan. Quar
to nota ter. ibi z que sunt eis cognita zc. ad duo. p̄ro

q̄ testis debet dicere testimonium de veritate nō de credu-
 litate de quo. s. de here. 7 fal. s. si dō absūt. Secūdo nō
 q̄ testis dī dicere testimonium p̄ vtrāq̄ pte. ad idē quod
 habuistis. s. e. s. sancimus aut in fi. 7 p̄ glo. in. s. vbi. j.
 de san. epif. 7 cleri. vbi de hoc facit. l. testium. l. eo. et.
 ibi p̄ Ly. Ultimo glo. sup̄ verbo habundātiā sumit
 tria nota. quā vide. Oppo. 7 videt̄ q̄ in criminalibus
 causis examinatio testium nō possit committi vt dicto. s. illd̄
 glo. soluit hic q̄ iudex potest testium examinat. comit-
 tere. sed nō cogitur vt in cōtrario relinquatur ergo iudi-
 cis arbitrio. examinationem in civilibus committit vt patz
 in hoc. s. circa prin. ibi licentia habere zc. 7 ibi posse
 etiam a puincia zc. 7 sic fm̄ hanc so. nō refert an testes
 p̄ducēdi sint absentes vel p̄sentes. quia etiam q̄n testes
 sunt absentes potest iudex iubere presentari coram se si
 b̄ ei videbit̄. puta prop̄ cause magnitudinē vel p̄pter tes-
 tium suspicionem. 7 isto casu loquit̄ p̄ all. s. illud. 7 fm̄
 hoc dicit glo. q̄ ammodo nō erit. q̄ d̄ vna ciuitate i aliā
 eiusdem puincie an hoc poterit fieri. quia iudicis arbi-
 tris committitur vt hic. 7 dicto. s. illud. 7 hanc so. nō. idē
 nota. q̄ 30 in. s. producendi in summa. l. de testi. Ali-
 bi glo. aliter soluit. dicit em̄ aut testes sunt p̄ntes aut ab-
 sentes. p̄mo casu nō potest examinatio committi sed
 ip̄e iudex debet per seipm̄ examinare vt in cōtrario. Se-
 cūdo casu sic vt hic. ita nota. in. l. contraria. l. d̄ testibz
 l. si quando. facit ad idem quod habes. ff. quemad. test.
 ap̄ez. l. cum ab initio. 7. l. si quis ex signatoribus. istam
 so. ponit glo. in dicta autē. apud eloquentissimum. sed d̄
 ista so. doc. nō curant. immo videntur addere precedenti
 so. dicenti. q̄ licet in. s. illud allegato pro p̄trario dica-
 tur. q̄ testes debent examinari coram iudice. non tamen
 per hoc ibi negatur quin examinationē iudex possit cō-
 mittere vt hic. q̄ olim potuerit iudex examinationē cō-
 mittere apparet in. l. scire oportet. s. oportet autē. ff. d̄ ex
 cu. tu. 7 ibi nota. 7 ita dicunt doct. in. l. iudices. l. de fi
 de instru. Alibi ponit glo. aliam so. videlicet. q̄ aut que-
 rimus an testium examinatio possit committi habenti
 iurisdictionem 7 potest vt hic. aut iurisdictionez nō ha-
 benti 7 nō potest vt ibi notat glo. vicz in dicta autē. ap̄
 Et sic nota fm̄ hanc so. q̄ testium examinatio nō potest
 a iudice committi nō habenti iurisdictionem vt hic. quod
 intellige verum. nisi fieret de partium voluntate. quia
 tunc potest fieri commissio etiam nō habenti iurisdic-
 tionem. 7 quod illud sit verum probatur sic. testes possunt
 examinari coram arbitris de partium voluntate 7 eorū
 dicta tenet. vt patet in. l. cum antea in fi. l. de arbi. ff. d̄
 re iudi. l. si. extra. de testi. c. presentata. 7 certū est q̄ ar-
 bites nullam habet iurisdictionem sed tm̄ notionem. vt
 l. ait p̄tor. ff. de re iudi. 7 nota. in. l. solet. ff. de iurisdic. o.
 iudi. 7 hoc verum puto regulariter. fallit in egregijs p̄-
 sonis ad quas dicit. l. q̄ iudex debet mittere vnuz d̄ mi-
 nistris suis. vt. j. de san. epi. s. nulli. 7 autē. sed iudex. d̄
 epif. 7 cle. rj. q. j. c. nec honor. facit. l. ad egregias. ff. de
 iureiur. 7 sic videtur simpliciter verum. q̄ iudex potest
 committere examinationem talium testium qui sunt egre-
 gie p̄sone etiam nō habenti iurisdictionem. vt in dictis
 iuribz. 7 videt̄ etiam casus fm̄ vnam lec. in. c. j. extra d̄
 testi. cog. ibi nūcio. q̄ ad hoc miserat zc. pro vt ibi logē
 in egregijs p̄sonis vel debilibus vel infirmis vel paupe-
 ribz q̄ nō possunt ad iudicem venire. idem in. c. si qui tes-
 tium. e. ti. nisi r̄ndendo dixeris illud esse verum d̄ parti-
 um voluntate. vt videt̄ velle spe. in ti. de testi. s. qualiter
 d̄. p̄ etiā iudex. Inno. tm̄ videtur velle q̄ de iure canonici
 co 7 de partium voluntate examinatio testium generali-
 ter possit committi non habenti iurisdictionem. vt ip̄e vi-
 detur velle in. c. qm̄ contra falsam. super verbo publica-
 ta. extra de proba. in eo q̄ simpliciter dicit testium com-
 missionem posse fieri etiam in examinato. Sed contra-
 rium ip̄e videtur velle in. c. cuz bertboldus. super ver-
 bo alijs in fine. extra de re iudi. p̄o prima opi. Inno.

videtur casus in. c. j. extra de testi. cog. ibi vel nuncio.
 zc. intelligendo illud. c. generaliter in quibuscunq̄ per-
 sonis fm̄ opi. vicentij ibi positam que est secunda lec. il-
 lius capituli. de quo vide vt hodie habes de offi. dele. c.
 j. in cle. 7 quod nota. spec. in ti. de testi. s. nunc tractans
 dum circa prin. in ver. licet autem dixerim zc. in ver-
 item ad officium zc. 7 cui coniunge dictum ver. potest
 etiam iudex qui est sub dicto. s. qualiter. e. ti. Reperio
 etiam circa istud contrarium quartam opi. vt in causa
 criminali nullo modo possit testium examinatio comit-
 ti. 7 de hoc nullum dubium est. Sed in causa civili disti-
 guitur. aut est consuetudo regionis q̄ commissio fiat: 7
 fieri poterit. aut non: 7 nō poterit fieri. 7 sic fm̄ hoc re-
 gionis consuetudo seruatur. vt. l. ij. in fi. ff. de test. Fal-
 lit in casibus in quibus debet fieri commissio. vt. l. ad es-
 gregias prealk. 7 istaz so. ponit glo. j. q. ix. s. testes in pri-
 ma glo. de qua opi. non curo. Quero. video q̄ etiā
 in causa civili potest committi testium examinatio. qd̄
 debet facere iudex committens examinationem. 7 quid
 debet facere iudex cui examinatio est commissio? Respō-
 deo iudex examinationez committens. debet scribere in
 dici loci vbi sunt testes. vt ip̄e vice sua testes recipiat 7
 examinet. diligenter ip̄e cui committitur debet testes
 examinare 7 eorum de positiones inclusas remittere vt
 hic. Item scribitur significando iudici causam quare
 fit fides testibus adhibenda. ista practica sumitur ex te-
 rru. in. c. constitutus. extra de fideiussō. Quero an iu-
 dex cui committitur testium examinatio. teneatur sibi
 commissio factam recipere ad rogationem iudicis cō-
 mittentis. dic vt notat spe. in ti. de iudi. dele. s. iam nūc
 ver. sed fm̄ premissa. Quero. video q̄ in criminalibus
 iudex cause per se debet testes examinare. pone q̄ ip̄e n̄
 examinavit. sed alter cui examinationem commisit. an
 erit standum dictis talium testium. dic vt no. in. l. ij. s.
 ideoz diuus. ff. e. Querit glo. super ver. legem. dicitur
 hic 7 qm̄. l. zc. de qua. l. sit mentio: dicit glo. de. l. iudi-
 ces. l. de fide instru. 7 quid addatur illi. l. p̄ hunc. s.
 no. in glo. ista. sed tu dic fm̄ Jacob. de bel. q̄ hic. s. fa-
 cit mentionem de quadam. l. greca que precessit illam.
 l. iudices vt ibi nota. Nota q̄ fm̄. l. iudices. poterat
 fieri commissio examinationis testium a iudice siue lis
 vertebatur rome siue in puincia. addit tamen iste
 s. ad. l. iudices. vt in criminalibus nulla fiat commis-
 sio examinationis testium 7 ideo super dicta. l. iudices
 posita est autem. apud eloquentissimum zc. hinc sumpta
 Querit glo. dicitur hic illic valet diffinitiva sententia
 zc. quid velit dicere ista verba. dic vt in glo. sed aduers-
 te finē ip̄i? dū dicit i successibus p̄ iudex iudicare. si als so-
 let eē p̄suetudo. vt. l. si cū dies als i glo qz istud qd̄ dicit
 glo. n̄ p̄cedit i arbitro. q̄ nullū h̄ locū seu sedē. s̄ sec̄ e
 in iudice. quia ille debet sequi locum 7 sedem maiorum
 vt. l. pe. s. fi. ff. de iusti. 7 iur. ita tenet Ja. de bel. in. d. l.
 p. e. s. fi. 7. l. d̄ eman. li. l. j. Quero. dicitur hic q̄ in
 criminalibus nō habet locum commissio examinatio-
 nis testium. pone q̄ ego qui habeo causam criminalem
 vel civilem dico me habere testes in alia ciuitate vel pu-
 uincia. 7 est forte causa civilis ita magna q̄ iudici vide-
 tur. q̄ testes debeāt coraz eo produci: peto dilationē ad
 tales testes producendos. est ne aliquod remedium cō-
 tra me ne istam dilationem petam calumniose: dic q̄ sic
 quia iudex anteq̄ istam dilationem concedat. debet face-
 re me deponere tantam quantitatem pecuniarum que
 sufficiat pro expensis testium in veniendo. eund. o. 7 stā-
 to ita est hodie prouisum per. c. constitutus. s. fi. de res-
 scriptis li. vj. Alterius quero an ille cui est commissio
 testium examinatio sup̄ negotio p̄ncipali. possit testes reci-
 pe sup̄ ip̄oz. p̄batōe. dic q̄ n̄. vt no. Inno. i. c. l3 cāz d̄. p̄
 ba. i glo. sup̄. d̄. potuit. Quero. vos videtis hic q̄ i ciui-
 li potest committi testium examinatio in criminali vero
 non. quid si de crimine agitur civiliter. an poterit fieri

commissio examinatiois testiū. sed certe obmissis his que
possunt dici p z ptra glo. est q sic. vt nō. i. c. ij. extra de iu
di. li. vj. quod perpetuo tene menti.

Si vō dicatur Si testi seruitus oppo
nat. z ipe se libez a na
tuitate dicat. eius testimoniū admittit. seruitutis. q. di
sputatōis tpe seruata. si vō ex manumissioe se libez di
cat. tūc a nō ad testimoniū admittat. dī de suo iure do
cere. nisi alibi dicat suas pbatoēs hēe quo casu p̄sūto iu
ramēto q in p̄mptu pbatoēs habeat ad testimoniū ad
mittat. h̄mōi seruitutis disputatōis tpe seruata. b. d. vj
q ad. §. si vō quis dicat. Nō. ex isto. §. q. q. d. az testes
ab initio repellunt. ita q nūq̄ admittunt. quidā testes
admittunt. ita q postea fides eis nō habet. vt hic. 7. j.
p. r. §. idē dicit glo. hic i. iij. q. sup verbo libertū. Se
cūdo nō. q. seru nō potest eē testis. vt hic. 7. l. qm. l. e.
7. ff. de testi. l. q. testō. §. seru. Tercio nō in. v. si vō i
aliā q credit sacramēto vni. p. cor. sunt i glo. sup verbo
iurauerit. ad quas cōcor. adde qd habes in ter. 7. glo. i
c. p̄ntium eē de t̄sli. Vpo. 7. videt q seruus possit eē
testis. vt. l. de testi. l. j. §. testes. instit. e. So. vt in glo. h
sup verbo ita sit. 7. qd nō. glo. in. d. l. j. circa quaz intel
lectū vide a3o. in sūm. instit. d. testa. ordi. circa si. 7. dy.
7. Ja. de are. in. l. ad testiū. ff. de testa. Querit glo. sup
dicto vō ita sit si testimoniū serui nō valet. qn h̄nt locū
ll. que dicunt seruos torqueri. dicit glo. quando testis
interrogabitur de sancto suo quo casu interrogatus tor
quebitur etiam nō p̄cedentibz indicijs. 7. istā opi. ponit
glo. sub dubio forte in. l. interrogatorie. l. d. questōibz
vicz q nō torqueat nisi p̄cedētibz indicijs. nisi qn inter
rogabit de facto suo. h̄c opi. firmat glo. i. l. cū pbatio.
ff. de pba. licz glo. ponat secūda opi. hic. 7. in. l. serui. j.
r̄iso. ff. de testi. Si vō seru nō interrogaret d facto suo
sed de facto inter extrāeos. tūc nūq̄ torquebit nisi p̄cedē
tibz indicijs. vt. l. j. in p̄n. ff. de questōibz. Quero ad
quāta pbatoz admittit seru vt testis cū tormētis. Re
spondeo nō ad plenā sed indicij faciendum. ita nō. glo.
in. l. iij. §. lege iul. ff. d. testi. facit qd nō. in. l. seruos. l.
eo. 7. ff. si ex no. ca. agat. l. ij. §. j. Querit glo. si inter
seruū 7 d̄m agit iudiciū liberale ptra seruū dicentem
se libez. v̄l quid si agit inf̄ duos d̄mō eiusdez serui 7
agit rei v̄e. an interrogabit ipe seru q̄ agit v̄l de cu
ius d̄mō tractat. Glo. dicit hic q sic. de quo dic vt no.
l. de rei v̄e. l. cum sp. 7. vt nō. ff. de questōibz. l. de mis
nore. §. j. Querit glo. sup verbo ita sit circa mediuz.
an statu liber v̄l ascriptici admittat i testē. dic vt i glo.
7. in aut. si dicat. l. e. Itē querit glo. qd de monacho
dic vt. j. d. mōachis. §. ensgrediamur 7 ibi habet an vn̄
d collo. p suo collo. admittat. 7. in. d. aut. si dicat. vbi
glo. idē dicit i canonico regulari. Querit glo. qd d̄ he
reticis an possint eē testes. Glo. remittit ad. l. qm. l. de
here. dic vt ibi p glo. 7. doct. i. l. j. l. de sūma tri. 7. si. ca.
7. qd nō in. d. l. ij. §. lege iul. ff. e. Quero q sit rō disti
ctionis hui. §. dic vt in glo. sup vōo libertū in fine. que
etiā in principio sui querit. pone q patron nō vult ostē
dere instrumētū manumissiois. v̄l nō fuit factū v̄l liber
tus nō vult eo vti. an poterit liberr̄ pbare d manu mis
sioe p testes oī except. maiores. dic vt in glo. p cui de
claratōe vide q habes in ter. 7. glo. i. q. ix. §. soli testes.
Ultimo glo. sup vōo iuravit iducit hūc ter. q l3 vn̄
testis nō faciat pbatoz. facit tñ p̄sumptōz. de q dic vt p
glo. 7. doct. i. l. i. bone fidei. l. de iureiurā. 7. in. l. admo
nēdi. ff. e. de iureiur. 7. in. l. theomp. ff. de dote prele.
Ja de bel. inducit hūc ter. in az. ad. q. Glos videtis q
si qdā exceptōes opponūt ptra testē tpe disputatōis re
seruāt vt h. 7. i. pri. §. 7. sic facit in az. q iudex possit ex
ceptōz admittere sub p̄stlatōe si debet de iure admitte
re. de q dic. vt in glo. i. c. cū p̄tingit eē de offi. dele. Item
ipe inducit hūc ter. ad duo 7 format vnā questionez. an
existēs in peccato mortali admittat in testem de quibus

dic vt hic per eum.

Si quis vō Inimici 7 noti a testimonio
repellunt. inimici aut ignoti
ad testimoniū admittunt. salvo iure tpe disputatōis. b.
d. 7. bec videt mibi vera lec. 7. h̄t duas ptes. Nā p̄mo lo
q̄ de inimicis notis. sc̄do de ignotis. sc̄da. in. v. si vō ali
ter 7 istā lec. tenet hic Ja. de bel. nā inimicitia p̄cedens
ex criminali actioe oībz est nō. sed hodie que oriunt̄ ex
alijs cāis nō sunt ita nō. nec possūt ita defacili probari.
Nō q p̄p̄ inimicitia testes repellunt. vt h. 7. l. iij. cir
ca prin. ff. e. 7. l. e. l. si quis testibz. Sed aduerte q̄ que
dā est inimicitia que nō ipedit testes examinari sed post
examinatōz publice disputabit. an sit talis inimicitia
q̄ debeat testes repellere. vt hic d̄z. q̄ iudicis arbitrio re
linquit. 7. ita intelligit glo. hūc ter. i. l. iij. circa pn. ff. e.
sup vōo inimicitia. licz glo. hic sup vōo absit in pn. vide
at̄ p̄dictis p̄radicere saltem in p̄mo mēbro. Secū
do nō. q̄ post publicatas attestatōes p̄ quis p̄ducere te
stes ad reprobatōz testiū aduersarij. vt hic i. v. nō aliter
7. l. e. aut. si dicat. v. si vō dicat. que sumit̄ ex isto. §.
de quo habuistis. §. e. §. q. vō sepe i glo. magna. Que
ro q̄ inimicitia repellat testē ab ip̄o initio. ita q̄ testes
examinari nō possint. R̄spondeo inimicitia q̄ resuleat ex
criminali accusatōe. Item qn duo se odiūt ad mortē q̄
mortē sibi minant. circa qd dic vt ibi nō. sup vōo crimi
ne. 7. in. l. licz. ff. de arbi. nā illis duobz mōis dicunt̄ ini
micitie capitales. 7. repellūt testes. ita q̄ ad testimoniū
nō admittat. licz p̄ alias inimicitias nō repellant a te
stimōio. sed d̄nt in tpe disputatōis reseruati. ita tenet
Inno. i. c. cū oporteat i glo. penul. eē de accu. 7. vide qd
ipe nō. i. c. ex pte. e. ti. in glo. iij. 7. vide glo. ff. e. l. iij. sup
vōo inimicitia. Ja. de bel. hic distinguit inter inimicitia
am notā 7 ignotā. 7. fm illā suā opi. poit hic casū. 7. cir
ca p̄dicta vide glo. ibi all. ad materiā h̄. §. 7. vide ber. i
c. ex pte sup verbo notabiles eē. eo. vbi ipe videt p̄ceda
re cū p̄all. dicto Inno. 7. videt a3o. i sūma. l. e. 7. ita re
pellūt odiosi. Quero v. si vō alter. hi dicit q̄ h̄mōi q̄
stioēs reseruāt tpe disputatōis. quero post testiū publi
cat. tpe disputatōis. ex quibz odijs v̄l litibz pecūarijs
repellet iudex testes v̄l eis n̄ obstantibz eos admittit. dic
vt i glo. sup vōo odiosus. 7. i verbo questōes 7 nō eas.
7. idē nō. etiā glo. in aut. si dicat. l. e. Que inimicitie
repellāt testes a testificatōe. vide q̄ plene nō eē. de accu.
c. cum oporteat. iij. q. v. c. accusator. extra de symo. c. p̄
tuas. vt lit. nō cōte. c. accedēs el. ij. in glo. sed nōne. 7. vi
de qd tāgit glo. in. l. iij. in prin. sup verbo inimicitia. ff.
e. Querit glo. sup verbo nō adsit. quid si post dictū
testimoniū facta sit postea recōciliatio. an valeat testi
moniū. dic vt in glo. in fine. 7. nō. eā. Et vide qd de p̄tri
tis inimicij recōciliatōe secuta. eē. de sy. c. p̄tuas. si
eū nō erat recōciliatio facta p̄terite inimicitie repellūt
vt. iij. q. v. c. accusatōez 7 idē si recōciliatio sit facta de p̄
senti. vt dicto. c. p̄tuas in si. sup verbo capitali. 7. dicto.
c. accusatōez. iij. q. v. 7. fm illam glo. c. p̄tuas intellige
hūc ter. hic dum dicit. donec de crimine iudicet 7c. qui
ter. in nūit. q̄ finita causa p̄cipali testis possit admitti
7 ita intelligit glo. ter. hunc i. l. iij. circa prin. sup verbo
inimicitia. ff. e. quia intelligit finita causa p̄cipali et
reconciliatione secuta. 7. intellige etiā q̄ recōciliatio n̄
sit mō de recenti. vt in glo. c. p̄tuas. sup verbo capitali i
fi. als ita repellerēt testis p̄ter inimicitias p̄teritas
sicut p̄ter p̄tes. vt dicto. c. accusationē. iij. q. v. 7. ibi
nota. 7. fm hunc intellectū illa verba tenet d̄ crimine in
dicet 7c. debent p̄stui post illa verba adeo infestus. vt
dicat ille qui adeo est infestus nō sit ad testimoniū. p̄
sententiā vō sic dixi vt mō. §. possum. dicē q̄ hic ter. nō
velit hoc dicere. sed velit dicere. qui est adeo infestus. s̄
audi q̄ velit admitti ad testimoniū donec iudicet de cri
mine. id est pendente accusatione criminis. iste talis nō
adsit ad testimoniū sed repellatur. 7. sic verba cōstruū

tur ut iacent. **Quero.** quo tempore sit obijciendus testi-
bus. dicunt doc. aut quis vult obijcere ptra psonam aut
contra dicta. **Primo** casu ille contra quez testes produ-
cuntur debet ab initio protestari exceptiones quas habz
vt testem ab initio repellat. vel tpe disputatōis referuē
tur. als si nō protestatur videt approbare psonam quaz
de facili potest habere notam. **Secdo** casu quando vult
obijcere contra dicta. tunc sunt salue exceptiones cōtra
dicta etiam nulla protestatiōe premissa. ratio quia quis
nō videtur approbare dicta que ignorat. ita nota. doc. in
dicta autem. si dicatur. **L. e.** et ex hoc dicunt ipi qd si ab-
sente parte per contumaciam recipiant testes. dicta bu-
ius sunt nulla protestatiōe premissa. vt. l. si quando. et
l. si. **L. e. z. j. eo. S.** et hic dō dicam. Tu vide circa hic di-
stinctionez quam ponit tex. in. c. presentium ex. e. z qd
ibi nota. **Sed** quero. hic vides qd inimicus a testimo-
nio repellitur. sed quid de cohabitante cum inimico. vi-
detur idem. ar. extra de accu. c. cū oporteat z in. c. repel-
latur. de quo per spec. in ti. de testi. **S. j.** in prin. b. **Itē** de
cohabitante vide per doc. l. si quis testibus. **L. e.** in. viij.
q. **Quero** videtis hic. qd quedam excep. referuntur
contra testes tempore disputatōis post publicationem
vt hic et supra proxi. **S.** an sit verum hoc indistincte? dic
qd sic. nisi iudex ex causa voluerit quod ante publicatō-
probentur. puta quia iudex videret illum contra quem
testes producuntur maliciose hoc opponere. hoc videtur
notari in. c. cum causaz extra. e. in prima gl. **Quero**
ros videtis hic et in precedenti. **S.** qd seruus et inimicus
a testimonio repelluntur. pone qd aliquis producit in
testem. iste talis testis vt testimonium euitet dicit se ser-
uum. inimicum. vel infamē: an stetur ipsius simplici as-
sertioni? **Inno.** tenet qd sic. quia non est verisimile. qd tan-
tam suam turpitudinem contra se allegaret. vt ipse nō.
in. c. inquisitionis extra de accu. et in spec. de testi. **S. j. d.**
quid si testis dicit. facit quod nō. in dicto. c. cum causaz.
et in. c. j. extra de excep. super verbo confix. **Ultimo**
nota. glo. super verbo lis. que ponit differentiam inter
litem et causam. et nō. **L. e. l.** quoniam in secunda. **S. j. z**
l. j. ff. e. L. de transa. l. causas. et dic vt in. c. ex parte ex
de verborum signi.

Quoniam dō. Mediatores seu profone-
te ad testimonium inuiti coguntur. altera parte consen-
tente volentes tñmodo admittantur. hoc dicit. **Que-**
ro pro declaratiōe tex. quid vult hic dicere mediatores
dic. i. profonete. **Et** fm hanc lec. opp. et videtur qd medi-
ator compellatur dicere testimoniu. vt. l. si quando. **L.**
e. et. l. iij. S. exhibere. ff. de tabu. exi. **So.** illud verum est
regulariter. **Fallit** in profonete qui non possint cogi ni-
si vtraqz parte consentiente. que autem sit ratio. dic vt i
glo. hic super verbo probatione. que glo. tenet idem siue
psoneta accipiat precii siue nō. qd tene menti. **Que-**
ro z reuoco in dubium. an altera parte tñ volente: pro-
fona ad testimonium admittatur? dicit glo. j. qd sic sed
non cogitur. z hoc videtur pbare expresse hic tex. et hoc
tenet **Azo.** **L. e.** i summa in prin. **S.** item dixerūt. **Et** dō
glo. qd est s. de incest. nup. in fi. **S.** si dō moriant. b. qd si ad
numeratōez dicit. qd psoneta fert testimoniu vtraqz pte
volente z nō aliter. subaudi. s. inuit. **Glo.** aut ad testi-
moniu et altera tñ pte volente admittit. sic etiaz intelli-
ge qd nō. j. q. j. c. si quis eps habens fm vnam lec. **Alia**
lec. est. qd hic loquat in mediatore. i. in tutore. curatore.
aduocato. z fm hāc habes qd tutor curatoz z aduocatus
vtraqz pte volente possint ee testes. et testificari cogātur
vt hic. fm hanc lec. **An** aut altera pte volente possint te-
stificari dic vt habes in. l. si. ff. e. z. l. qui testamento. **S. j.**
z ibi p **By.** ff. de testa. vbi nō. **De** tutore autē. dic vt nō.
in d. l. si. et. l. deferre. **S.** idem decreuerunt. ff. de iure fisci
vbi p glo. z **By.** z etiā ibi. d. ol. et vide **Inno.** extra. e. c.
romana que olim erat extranagane. hodie est in. c. ritu.

li. vi.

Et hoc dō. Testes ante litem conte. ex causa
posunt pducī aduersa parte legit-
time citata. vel ea parte p̄sente vel absente et venire no-
lente. integro iure sibi reseruato ad disputandum super
eorum dictis omnibus. l. antiquis. de hac materia loqn-
tibus huic. l. non contrarijs confirmatis. b. d. ille. **S.** **Et**
habet quatuor partes. **Primo** consulitur illi qui vult p-
ducere testes vt producere possit. **Secūdo** consulitur cir-
ca fraudes aduersarij. **Tercio** consulitur etiam aduer-
sario contra quem testes producuntur. **Quarto** ponitur
antiquarum. ll. confirmatō et diuulgatio constitutiōis
huius. secunda in. d. si dō noluerit. tertia in. d. quecunqz
quarta ibi omnibus alijs. **Nō.** ex hoc. **S.** tria. **Primo**
qd aduersarius d3 ad hoc citari quādo testes producunt
et idem faciunt concordantie glo. que est super verbo p-
sentez posite in principio ipsius glo. sed melius. **L. e. l.** si
quando extra. e. c. in nomine domini. **Secundo** nota. qd
ille contra quem testes producuntur debet attestatiōes
audire a iudice. i. sacramentum quando iurant. quod qd
dam intelligunt. i. dicta testium productoz. sed tu dic.
qd debet audire attestatiōes. i. sacramentum quando iu-
rant. non autem dicta testium sed testes debent in secre-
to examinari. hoc probatur in. l. nullum. **L. e.** in. c. vene-
rabili. e. ti. et hoc etiam tenet glo. hic super dicto. b. pre-
sentem circa medium. et qd etiam ante lit. conte. debent
testes examinari in secreto. tenet glo. in autem. sed z si qd
L. e. hic sumpra. idem nota. in. c. in nomine domini sup
verbo audire in fi. glo. extra eo. quod. c. fuit sumptuz ex
b. tex. vt ibi. nota. **Et** nota. qd hic docet quomodo aduer-
sarius potest contra testimonium facere questiones. qd
nota. propter intellectum. l. si postulauerit. **S.** questioni.
ff. de adulte. de cuius. **S.** intellectu vidistis supra eod. **S.**
quia dō et sepe ibi dixi. **Tercio** nota. qd testes producun-
tur ante lit. conte. sed ad hoc opponitur. z videtur qd lit.
non conte. non possint testes recipi extra vt lit. non con-
te. c. j. et. ij. et ibi i rubrica. **So.** regulariter lit. non cōte.
testes non possunt produci. vt in contrarijs: **Fallit** in ca-
su huius. **S.** videlicet quando timetur de morte testis vt
absentia diuturna. et hoc casu loquitur hic. et fm hanc
lec. hic loquitur in actore qui timet de morte vel absen-
tia diuturna testium vel eoz valitudine. et hanc so. po-
nit tex. in. c. quoniam frequenter in prin. et. **S. j.** extra vt
lit. nō conte. **Sed** contra hanc sol. opponitur. et videt
qd etiam vbi non timetur de testium morte vel absentia
diuturna vel valitudine: possint testes produci ante lit.
conte. vt. **L. d.** vsu. pu. l. pe. ff. de testi. l. current. **So.** aut
loquimur in actore et tunc ante lit. contes. non potest tes-
tes producere. vt supra dixi. nisi in dicto casu. ita loqui-
tur hic fm istā lec. **Aut** in reo. et tunc potest ante lit. cō-
te. ad sui defensionem producere testes. etiam si non ti-
meatur de morte testium valitudine vel absentia diutur-
na. vt in. l. ll. contrarijs et probatur hoc in. c. significa-
uit et. c. albericus extra. e. et extra. vt lit. non contes. in
dicto. c. quoniam. **S.** sunt et aliq. et ratio diuersitatis in-
ter actorem et reum est. vt dicit glo. hic super dicto ver-
bo presente in fi. quam rationem nota. et sic fm glo. hic
positam hic tex. loquitur in actore volente testes produ-
cere ante lit. conte. quia timet de morte vel absentia diu-
turna vel valitudine scilicet testiu. et fm hanc lec. qd hic
tex. dicit publicabuntur expone. i. in publicam scriptu-
ram deducuntur. non autem dicta testium publice legen-
tur. vt dicit glo. super verbo de positiones. et eodem mo-
do exponit gl. super verbo publicare quod ponitur i au-
tem. sed et si quis. **L. e.** dicit enim publicare voluerit. i.
per publicam manum autenticari. non tamen in aperto
quia non possent postea testes produci. et eodez modo ex-
ponit hic tex. glo. in. c. significauit extra eo. prout glo. i-
telligit hunc. **S.** in actore volente testes producere ante
lit. conte. **Quādoqz** actor ante lit. conte. producit testes

quod potest in casibus quos supra dixi. tunc testes exami-
nantur. et dicta eorum consignantur non aut publicantur. ut d.
c. qm̄ circa prin. b. nisi forte. et ut lit. non conte. et sic eti-
am exponit glo. hanc. §. fm̄ hunc lec. in dicto. c. signifi-
cavit. intelligendo q̄ in fi. §. loquatur i actore sicut loq-
tur pall. b. nisi forte. Habemus ergo unam lec. q̄ hic
loquatur in actore. pducendo testes ante lit. conte. ad sui
defensionem. et ad eternam rei memoriam. et tunc potest
testes producere etiam si non timeantur de morte vel ab-
sentia vel valitudine testium. ut dicta. l. fi. l. de usu. pu.
et in. c. significavit. extra eo. et ibi gl. ma. in fi. ponit hanc
lec. in hoc. §. et dicto. c. quoniam. §. sunt et alij. ut lit. non
conte. qui tex. concord. cum dicto. c. significavit. et tunc
publicantur dicta testium et reducuntur in publica monu-
menta. ut dicto. c. significavit. et ibi no. vbi gl. plene no.
que sit differentia inter recept. seu pductionem testium
que fit a reo fm̄. c. significavit. et. c. albericus extra eo.
et illam que fit ab actore cum timeat de morte vel absen-
tia testium. hoc est fm̄. c. quoniam. et ut lit. non conte. et
plenius per Hof. in summa i ti. ut lit. non conte. in pn.
Et q̄ hic possit intelligi de productione testium que fit a
reo ad sui defensionem ante lit. conte. ponit glo. in autē.
§. et si quis. l. e. in prima glo. ibi vel contra petit a reo
et fm̄ istam lec. dicta testium sunt in aperto. fm̄ pri-
mam non. sed reducuntur in publicam scripturam et con-
signantur ut. §. dixi. Circa hoc vide tamen quod no. in
spe. in ti. de testi. §. nunc tractemus. b. all. autez preterq̄
et vbi videtur velle. q̄ qm̄ reus pducit testes ad sui de-
fensionem et ad perpetuam rei memoriam. non debent di-
cta testium legi in aperto. sed de hoc dic ut dixi et ut. i. di-
cam. et q̄ iste. §. possit loqui in reo pducendo testes ante
lit. conte. fm̄ formam dicti. c. significavit videt velle gl.
in. c. in nomine domini extra. e. super verbo audire in fi.
illas etiam duas lec. ponit glo. in. l. curent. ff. e. Sed
contra primam lec. op. q̄ etiam actor possit petere exami-
nari et publicari dicta testium ad eternam rei memoriam
ut. l. in. l. aquil. si delictum. ff. ad. l. aquil. So. p huius de-
claratione materie si queratur an testes possint exami-
nari ante lit. conte. dic quedam sunt que veniunt expedi-
da ante lit. conte. ut except. dilatorie et declinatorie. et in
illis dicuntur doc. q̄ testes indistincte recipiuntur ante lit.
conte. all. ad hoc. l. fi. l. de excep. ad idez. l. excepto. l.
de probatio. extra de re iudica. c. cum inter monasterium.
cuz si. sed de hoc dico q̄ est casus expressus extra d testi.
c. de testibus in prin. et vide quod ibi no. in glo. super ver-
bo non iuratis. Quedam sunt que veniunt expedienda
post lit. conte. ut examinatio principalis questionis. et
tunc aut loquimur i actore aut in reo. si i actore: debent
testes regulariter produci post lit. conte. ut. §. e. §. et qm̄.
et extra ut lit. non conte. c. j. et. ij. cum si. fallit cum time-
tur de morte testium et. vel causa rationabili su pueniente.
quo casu. aut iste actor habet ius agendi de presenti aut
conditionale. Primo casu potest actor petere examinari
tm̄ testes. non tamē potest petere publicari et aperiri. im-
mo dicta testium consignantur et reservantur publica-
da et aperienda usq̄ post lit. conte. et ita loquitur hic et
in dicta autē. sed et si quis. l. eo. et. ff. de testi. l. curent
fm̄ unam lec. sed fm̄ hoc verbum publicabuntur quod
est hic. et verbum publicantur quod est. l. e. autē. sed et
si quis. expone ut sup̄ dixi. si do actor habet ius condi-
tionale tm̄. eo casu quo timeatur de morte vel de alia ratio-
nabili causa et. tunc potest petere ante lit. contest. testes
examinari et aperiri et publicari ad eternam rei memo-
riam. ut. l. lege aquil. si delictum. ff. ad. l. aquil. fm̄ unaz
lect. si do loquimur in reo. tunc in distincte potest testes
producere et eos petere examinari. aperiri. et publicari
ad eternam rei memoriam. ut dicto. c. significavit. et. c.
albericus. et ita loquitur hic etiam fm̄ aliam lec. ut sup̄
dixi et dicta autē. sed et si quis. et. l. curent preall. ita eti-

am loquitur. l. de usu. pu. l. fi. ita etiam intelligit qd
no. glo. in. l. iij. §. due aut. ff. ad carb. licet etiam possit lo-
qui in actore fm̄ diversos modos intelligendi. et isto ca-
su etiam loquitur dictum. c. quoniam. §. sunt et alij. et
ut lit. non conte. et sic possunt aperiri attestaciones testi-
um hoc casu quando reus producit ut videtur esse d me-
te text. et glo. in dicto. c. significavit super verbo ydone-
os. et super dicto. ca. quoniam. b. sunt et alij. et ibi no. in
prin. super verbo timent. hoc etiam notat ibi Inno. in. c.
significavit in prin. glo. in. b. item videtur. ibi dū dicit.
q̄ in isto casu forma est et. quicquid dicat spe. vbi supra
et tunc. b. publicabuntur hic positum et verbum publi-
care positum in dicta autenti. sed et si quis. expone alio
modo ut supra dixi. Illud q̄ dixi q̄ testes producuntur
ante lit. conte. quando timeatur de morte testium vel ab-
sentia diuturna. dic tunc verum: quando agitur civili.
ut in dicto. ca. quoniam in fi. forte. secus si criminaliter
ut ibi nota. super verbo criminaliter. Sed pone q̄ quis
potest ius suum deducere in iudicium per modum excep-
tionis. puta est aliquis possessor iuris incorporalis. qui
si vult agere potest. si non vult agere: potest se defenden-
do excipere. ut. l. uti frui. §. vtruz. ff. si usu. pe. 7. l. et si for-
te. §. sciendum. ff. si serui. ven. an iste potest ante. lit. con-
te. producere testes tanq̄ actor vel tanq̄ reus. de hoc dic
ut per Inno. in. c. significavit extra. e. quod tene menti.
Quero circa predicta quando dicatur timeri de mor-
te vel absentia testium. vel quando dicatur etiam alia ra-
tionabilis causa ppter qua possit actor producere testes an-
te lit. conte. Dic ut no. Inno. in dicto. c. quoniam. super
verbo absentia. et super verbo scnes. et super verbo vali-
tudine. et super verbo rationabili. et illam glo. no. mul-
tum in eo qd all. l. ij. et se. de dona. ca. mor. et de hac ma-
teria vide per doct. in dicta autē. sed et si quis. l. eod.
Quero. quando absente aduersario testes producun-
tur ante lit. conte. que citatio requiritur ut talis exceptio
fieri possit? Hic videtur tex. q̄ requiratur citatio in per-
sonam nec sufficit citatio ad domum ut hic dicitur ad-
monitum a iudice et. et ibi ut ex hoc ex una parte et
sic apparet q̄ debet citari personaliter. et hoc expresse di-
cit glo. hic super verbo licebit his vti. in. b. si autem non
fuit. ibi vel fuit sed non erit in ciuitate. vbi glo. ista eg-
parat partem non esse citatam et non esse in ciuitate. et
sic citatio ad domum illum non ardat. et istam opinionem
tenet By. per hunc tex. in. l. iij. §. totiens. ff. de dam. in
fec. licet secus sit vbi testes producuntur post lit. contesta.
et rationem diuersitatis ponit By. in dicto. §. totiens.
istam etiam opini. tenent doct. in dicta autē. sed et si qd
l. e. Sed circa hoc dic et no. quandoq̄ testes exami-
nantur quia timeatur de morte ipsorum testium vel absen-
tia diuturna. quod est etiam actoris. et tunc non est ne-
cesse q̄ aduersarius citetur personaliter. ut in. c. quonia
b. nisi extra ut lit. non contest. Quandoq̄ producuntur
testes ante lit. conte. a reo ad eternam rei memoriam. li-
cet non timeatur de morte testium vel absentia diuturna
et tunc requiritur citatio personalis. ut in. c. significavit.
extra. c. ad idem in. c. albericus. extra. e. et hanc distin-
ctionem collige ex eo qd notat Inno. in dicto. c. significa-
uit. in fi. glo. dum dicit. q̄ aduersario d̄z psonalit̄ citari.
§. si non possit haberi et eet piculū in expectado. tunc testes
debent recipi absente aduersario fm̄ formam. c. quonia
in prin. ut lit. non conte. quasi dicat: quando non potest
aduersarius personaliter citari. tunc recipiuntur testes
fm̄ formam. c. significavit. et fm̄ predicta debet intelligi
quod no. glo. in. l. laudabile. l. de aduo. diuer. iudi. Et
vide circa hoc qd no. In. in. c. aduersario et de eo q̄ mit.
in po. ca. rei seruan. et de ista. q. dic ut tenuit ibi disputa-
do Jo. an. et de materia b. §. vide glo. in. d. c. qm̄ in pn.
in gl. in summa illi. i. pn. et qd no. spe. i. ti. d. testi. §. nunc
tractem per totum. §. Et de ma. publi. testium et instru-
metorum vel testamentorum vel priuilegiorum. vide per

Inno. in. c. albericus. extra. e. et in. c. si. extra. de fide instr. vide spe. in ti. de instru. edic. §. ostenso. v. et quoniam de publicat. vsq. ad finez. §. 7. codez. ti. §. vt. autez. v. ad huius autez. iuris. et vide per doc. in. l. publicat. vbi glo. aliquid tangit. L. de testa. Ultimo doc. in auten. sed et si quis. hinc sumpta occasione inducunt hunc. §. q. si testes producuntur parte absente. tamen citata. licet in publicatione testium postea opponere. de quo ipsi tangunt ibi et in. l. si. L. de testib. et i. autē. si dicatur. L. eo. ii. et respondent vt ibi. Meritas est q. ille tex. hoc non probat imo totum oppositum vt patet hic in. v. solummodo. vbi dicitur. q. solum hoc non potest obijcere q. se absente testes fuerint producti. als. autem sic. et q. hoc liceat h. casu in personis testium. nota. glo. in. d. c. significauit. eo. titulo.

De immensis donationibus zc. Rubrica.

Adum de falcidia

et eius parte decreuimus. Si patres in aliquibus vel aliquos ex filiis immensam fecerit donationem, alijs filiis legitima portio d. necessitate debetur. hoc obtinet

te in filiis gratis. ingrati vero penitus excluduntur. h. d. Nota ter. in prin. q. verbum falcidia ponit pro debita iure nature. et sic debita iure nature appellatur falcidia. vt hic. ideoz. habes in autē. vnde et si patens. L. de i. off. testa. Item trebellianica appellat falcidia. vt. l. quā. §. et. l. si vt. allas. L. ad. l. fal. cum similibus. alio modo ponitur falcidia pro debita iure institutionis et de ista loquitur totus tit. L. et. ff. ad. l. fal. et isto modo accipit proprie pro trebellianica debita in proprie. p. iure nature in propriissime. vt nota. in. d. auten. at si patens. et per azo. in summa de inoffi. testa. §. idem q. quelibet lex que refertur nota. idem azo. s. de here. et fal. §. dicitur autez. falcidia quod nota. ad id quod dicam. j. de eccle. ti. §. sinaut heres col. it. Secundo nota ter. ibi seruare ex lege partem zc. et ibi q. q. ex legibus zc. q. legitima que debetur filiis ex lege. potest per statutum auferri. de qua. q. dixi supra de heredi. et fal. §. primum itaq. de trien. et semi. §. i. Op. et videtur q. si pater fecit immensam donat. vni ex filiis. alter filius debeat agere fami. herc. non per quere lam inofficio. donati. quia donatio immensa facta filio in potestate non valet. vt. l. donatōnes. L. de donatione inter virum et vxor. et sic merito debet agere alter filius fam. herc. vt. l. ij. L. de inoffi. dona. So. vt in glo. sup. verbo querebatur circa mediu. et aduerte ad secundam sol. q. id qd dicit glo. q. hodie donatio facta inter patrem et filium valet: est verum. si fiat ex causa aduētita. videlicet si pater donat filio vt extraneo et bene merito. ex ca. emz aduētita parit actōez inter patrem et filium vt nota. in dicta autē. vnde et si patens. et in. l. ij. de pac. do. et in. l. si quis. p. eo. ff. de fideius. Qn. autez. pater dicat donare filio vt extraneo. nota. in glo. si donatōne. L. de col. et isto modo posses saluare glo. hic positaz sic intellige qd no. glo. in. l. ij. L. de inoffi. dona. sed q. tum ad p. rariuz. glo. tenent hic pcedentē so. vt nō. in. d. autē. vñ et si patens et in dicta. l. ij. Querit glo. q. iure reuocat immensa donatio. dic vt in glo. et idem qd hic nota. in. d. autē. vñ et si patens. et in. l. ij. L. de inoffi. donat. in vlt. q. glo. de quo dicit vt ibi nota. p. doct. in. viij. q. et vide qd dicit azo. in summa illius ti. Querit. inquātū fiat reuocatio p. querelam inoffi. donatōnis. Inter glosatores nros sūt opi. in glo. hic sup. verbo in donati. recitate. de qua. q. nō. p. doct. in. l. j. L. de inoffi. dona. et nota. p. gl. et dy. in. l. ticia. §. impator. ff. de le. ij. cui. dy. opi. recitat hic p. Ja. de bel. et vi de qd nota. guil. in. l. j. L. de inoffi. dona. Pro cui. q. de claratione dic duo vba. qnq. quis donat an natiuitatez filioz reuocare volentiū. qnq. donat p. natiuitatez. Pro casu distinguū. aut p. fecit immensam donatōez filijs. aut extraneis vel libertis. si filijs: tunc filij postea nati reuo-

cant ipso iure vsq. ad legitimam. vt. l. si totas. L. de inoffi. testa. si extraneis vel libertis: tunc donatio ipso iure reuocatur in totum. quam opi. tenet dy. et doct. in dicta l. j. L. de inoffi. dona. et glo. in. l. si vnq. L. de reuo. dona. quicquid glo. dicat in. d. l. si totas. L. de inoffi. dona. vt dicit q. reuocatio nō fiat ipso iure sed p. querelaz. In secundo casu principali de quo loquitur materia nostre legis. dy. tenet opi. mar. hic posita in glo. que opi. posita est in. l. j. L. de inoffi. dona. et dicit eam fuisse vgo. vt distinguatur. aut donatio fuit inofficiosa re. tñ. et tunc reuocatur p. querelam inoffi. don. vsq. ad legitimam. siue fuerit facta filijs siue extraneis. si vō fuerit inoffi. re et p. filio siue filijs siue extraneis facta fuerit. et tunc in totum reuocatur. licet p. doc. ponantur alie opi. in dicta. l. j. L. de inoffi. do. et ponit pe. alium intellectum in dicta l. si totas et ibi refert Ly. Querit. quidaz non habes filios. conscientia ductus omnia sua bona donauit. postea suscepit filios: an reuocabitur ista donatio in totum vel in partem: hanc. q. formant doc. in. l. j. in vlt. q. L. de inoffi. dona. sed de hac. q. do vobis glo. ordi. xvij. q. iij. c. quicquid. et quod nota. rrix. q. ij. c. si quis irascit. Querit glo. super dicto verbo in dona. habeo vnū filium tñ. et dono. viij. cuidam extraneo et sic ista donatio non ē inofficiosa. postea alio tempore dono vno. an reuocabitur prima donatio: dic vt in glo. sed aduerte ad id quod dicit glo. q. vbi re. tñ. est inofficiosa donatio. q. reuocatur in totum per hanc autenticam. quia hoc non est verum. quia per istam aut. non fit reuocatio nisi vsq. ad legitimam vt patet hic in. §. posita et in. §. necessitatem autez. p. d. terea ista autē. loquitur quando donatio inofficiosa fuit facta filijs. sed questio proposita loquitur quando donatio fuit facta extraneis. nam quando donatio est facta filijs procedit opi. vgo. nec fm. opi. azo. reuocatur in totum sed vsq. ad legitimam tñ. siue sit inofficiosa re et consilio siue re. tñ. Item et quando fit donatio extraneis sicut fuit in casu proposito. si donatio est inofficiosa tñ. re. nō fit reuocatio nisi vsq. ad legitimam. vt nota. glo. hic et in dicta. l. j. L. de inoffi. do. et in. l. ticia. §. imperator. ff. de le. ij. et sic finis istius glo. nullo modo videtur procedere Hoc pmissio redeo ad. q. p. positam. an illa donatio facta ab initio valuerit: et dic q. sic. nec fuit inofficiosa. sed reuocatur vltima que fuit inofficiosa. vt. l. si libertus. §. si. ff. de iurepa. et ita tenent doc. in. l. j. L. de inoffi. do. in iij. q. et fm. q. ibi dicit. intellige qd nota. gl. j. q. x. imperator. Querit glo. quid addit ista aut. ad ti. L. de inoffi. dona. dic vt in glo. super verbo augmentum. sed aduerte ad id quod dicit glo. in fi. per istam constit. inspicit tempus facte donationis vt hic in. §. j. sed ibi nota. vt patet in. l. j. illius ti. et quod ibi nota. in prin. mag. glo. Querit. qualiter habet locum reuocatio inoffi. donationis. dic aut loquimur de ea reuocatioe q. fit p. liberos superuenientes. et illa fit ipso iure. et fit statim liberis natis vt. l. si vnq. L. de reuo. do. fm. verum intellectum. quicquid glo. ibi dicat que dicit. q. non fit ipso iure. et q. fit post mortem. quia veritas est q. fit ipso iure vt nota. in dicta. l. si vnq. et in dicta. l. si totas fm. vnum intellectum. Item fit viuente donatoze vt patet in tex. dicte. l. si totas patri enim viuenti ibi loquitur imperator et etiaz patet in tex. dicte. l. si vnq. aut loquimur de reuocatioe que fit per hunc ti. et ti. de reuo. do. et tunc illa reuocatio fiet post mortem. et de hoc per doc. in. l. j. L. de inoff. dona. in. ix. q. et ita debet intelligi dicta. l. ticia. §. imperator. Querit glo. sup. vbo in distributioez. qd vult dicere tex. ibi in distribut. zc. dic vt in glo. ex qua glo. habes vnā differentia inter querelam inofficiosi testamēti. et inoffi. dona. sunt et alie differentie vt nota. L. de inoffi. dona. l. vult. et in. l. precibus. c. ti. Querit glo. dicitur hic vt si qs. zc. quid in muliere: dicit gl. su p. dicto vbo vt si qs. q. ideoz. vt i. matre vel simili. ar. l. j. ff. de vbo. sig. tu dic q. de matre est expsum in. l. j. et. l. si m. et in. l. si liqueat. L. de inoffi. do. de auia habes in. l. ticia. §. im-

perator. ff. de le. ij. Querit gl. sup verbo filioꝝ an fra-
ter possit habere querelā inofficiōse dona. si frater suus
fecit imensaz donatiōem. Glo. tenet q̄ sic. de quo dic vt i
glo. quam intellige de facta donatiōe turpi p̄sone p̄ fra-
trem. vt probatur in l. a. legata in glo. Item facit quod
no. in. l. ij. in fi. et in. l. si filius. L. de inoffi. dona. 2 azo in
summa illius ti. circa prin. Ultimo quero qa hic dicit̄
q̄ ingratiudo facit cessare querelā. an sint alie cause q̄
faciant eam cessare: dic vt no. hic in glo. si. in fi. et. L. e.
ti. in. l. cum donatiombus per azo. in summa illius ti. i
prima colum.

Et sine prohibitione matres debitorum et creditri-
ces tutelam minorum gerunt.

De per scriptum le

gem sup curā minorum. Matres debi-
trices et creditrices. ad tutelam et curā
filioꝝ admittuntur. nec iuramentum
de secundis nupt. non fiendis erigit. dñ.

modo ei et senatusconsulto vell. et omni auxilio renūcia-
uerint. et omnia alia adimpleuerint que alij tutores face-
re tenentur. h. d. vsq; ad fi. No. ter. in. b. ne forsaz tē
quare debitor vel creditor nō pōt esse tutor. concor. sup.
vt hi q̄ obligatas tē. S. j. Secundo no. fm glo. super ver-
bo existimam. q̄ ineptuz quid esse tē. fallit regula si eg-
tas in p̄rariuz suadeat. Tercio no. glo. in. b. ideoq; li-
centia tē. q̄ mater pōt esse tutor filioꝝ non tamen cogi-
tur vt hic t. j. vt liceat matri et auie in prin. no. in aut.
matri et auie. L. quando mu. tu. offi. fun. po. Querit
glo. sup verbo matrū an idem qd̄ hic dicit̄ in matre. ha-
beat locum in auia: dicit glo. q̄ sic. et idem in auo pater
no vel etiaz materno. et no. in aut. ad hoc. L. qñ mu. tu.
offi. fun. po. et vide quod no. s̄ auia sup vt hi qui obliga-
tas tē. S. j. Querit dicta glo. quid in patre q̄ est tutor
vel curator filij emancipati: dicit glo. q̄ idem et no. eam.

Querit glo. quid in filio q̄ est curator patris furiosi.
et dicit q̄ potest eē vt in. l. diuus. ff. de tu. et cu. da. ab his
Item qd̄ in fratre qui pōt esse tutor vel curator fris.
an isti possint esse de istis questionib; dic vt no. quill. de
cunio. ff. de pact. l. cum in eo. Querit glo. in. S. q̄ vō.
sup verbo senatus. quid pdest creditorib; ista renūcia-
tio: dic vt in glo. et sic no. ex hac glo. q̄ ex stipulatōe iu-
dicis vel executoris queritur actio et idem qd̄ hic no. in
aut. generalr. L. de epi. et cleri. L. de lit. conte. aut libel-
lum. et in aut. matri et auie. L. qñ mu. tu. offi. fungi po.
insti. de heredi. q̄ ab intesta. S. ex his. Querit etiaz di-
cta glo. an cuilibet iuri possit renūciari: distingue vt ha-
bes hic in glo. q̄ est plenior glo. q̄ habeas in corpore iu-
ris. Et circa hoc vide qd̄ no. in. l. pactum inter et. l. ius
publicum. L. de pactis. et l. si quis in p̄scribendo. L. de
pac. et in. c. si diligētī. et de so. ppe. et spec. in ti. de renū.
et p̄clu. S. j. v. cui aut iuri. Sed aduerte ad istam glo.
in. b. et p̄ hoc puto tē. q̄ dicit. q̄ non valet pactum qd̄ fa-
cit debitor creditori. q̄ ei nō liceat pbare solutionem nisi
si p̄ publicū instrū. et idem tenet spec. in ti. de pba. S. vi.
dendum. v. sed pone in ti. de renū. S. j. v. quid si dicatur.

Ultimo no. ter. in dicto. S. qz vō in fi. ibi sed q̄ fit ple-
rumq; tē. Nam h̄ videt̄ ter. q̄ dictio plerūq; tenotat re-
gulaz. ad idem. ff. de legi. l. neq; leges. l. j. S. j. in fi. ff. de
tute. et ra. distra. et in. l. tutela. ff. de tutelis.

Et exactione instante dotis prime et secunde tē.

De duobus indicatibus

nobis in dubitationem. Si res prime et
secunde vxoris in dote date apparēt vel
altera earū. illi restitui debent et eius si-
lij: cui res ille fuerint. als aut rebus
nō apparētib;. tūc illa in bonis mariti potior est in iure
que prior ē in tpe. Item dote p̄missa viro ab vxore vel ab
alio. p̄ ea oblata et p̄signata. mulier donatōez p̄pter nup-
ex pacto interposita de lucrādo. p̄inde lucrabit ac si sol-

uisset. h. d. No. in prin. huius. S. q̄ p̄uilegia dotis si
cuti nō transeunt ad heredes extraneos ita nec ad credi-
tores mulieris et istuz ter. inducit Ja. de bel. q̄ nec vsus
fruc. nec aliud ius vel p̄uilegiū ex p̄sone debitoris p̄pe-
tens possit ad creditore transire. sicut nec p̄uilegia dotis
nec possit creditor hec iura insoluituz accipere vt hic. Et
